

(Ogiński Tadeusz) Role ... 1770

XVIII. 3. 88



ku 16780  
3840  
304

ODE  
THADDÆO  
COMITI  
OGINSKI  
PALATINO TROCENSI

QVUM  
PRIMUM SUI PALATINATUS URBEM  
METROPOLITANAM

INGREDERETUR

*NOMINE MONASTERII TADULINENSIS ORDINIS SANCTI  
BASILII MAGNI UT SUO AMPLISSIMO*

FUNDATORI  
DECANTATA,

57  
1101



VILNÆ  
EX TYPOGRAPHIA S. R. M. PP. BASILIA-  
NORUM MDCCLXX.

17  
832

ORDINE  
THADDEO  
COMITI  
OGIENKI  
PALATINO PROGENSI

PERHUBERIT  
INCRIBITUR  
FUNDATORI

DEGANATA



XVIII.3.88



## ODE I.



**P**er densa tendens, omine prospero,  
Silvæ nigrantis, nunciatus iciam  
Vales, quid in sublimiore  
Montis acumine præparetur?

Pulsavit enim dulcia personans  
Rumor per Urbes: Pierides cito  
Passu per auras inquietas  
Tendere, constituere lætæ.

Longoque veni tempore pervigil,  
Montis Sacratæ ad lætificabilem  
Umbram, unde possem, quæ futura  
Sunt, celebrare, canens per Orbem:

A2

Ast

Ast cerno Sacrum, protinus aureis  
Splendens Caput, quo Jupiter optimus  
Musas venustas inter unus  
Eminet, agmina certa nectens.

Tum mox Camænæ cum Cytharis, simul  
Mandat, sequantur, quo mihi perplacet,  
Currusque cudantur superbi,  
Gens ubi Littava nunc adesse

Vos spectat omnes, Castaliæ DEÆ  
Stat Turba jussis, moxque oculos fugit,  
Quo jam revertar mente volvo,  
Ast modulos sequar ut, canentis

Sacræ cohortis, præcipit id sonus,  
Et post canentes ut sequar imperat,  
Idcirco passu non remisso  
Cum juga, tum scopulos peragro.

Sistuntur omnes mox Heliconiæ  
Musæ, quid id sit, noscere pergrave,  
Assumit en plectrum Novena,  
Cum Cythara modulante, Turba.

Sceptroque cunctis noscere dat bonus,  
Musis canoris, Jupiter, ut pio,  
**THADDEUS OGINSKI**, celebris  
Sit modulamine, tumque laude.

Extemplo, quotquot Castalidum chorus  
Novit Sorores, dulcisonantibus,  
Nomen

Nomen Sacratum decorare  
Incipiunt Cytharis, lyrisque

Jam Clio Cælos, gesta canens petit,  
Quid Pace factum, non negat optima,  
Et Martis atrocis cruenta  
Tempora commemorare gestit.

Quisquis librorum scripta revolvere  
Nosti, probabis, quam cano Gloriam  
Magni PALATINI TROCENSIS  
Sic resonat veneranda Clio

Transacta reddam tempora, me manet  
Vulgare laudem partibus omnibus,  
Et quidquid actum est gloriose,  
Læta canam modulante plectro.

Fatebor an non, quæ mihi jam bene  
Sunt nota pridem? Nomine, quo COMES  
Fulget, reportans stirpe clarum  
Sat bene sanguine VLADIMIRUM.

Hæc Clio cantat, pristina dicere  
Asveta, quæ non immemor undique,  
Quos Fama claravit per orbem,  
Progeniem celebrare metro.

Hæc ipsa scindens æthera lucida  
Narrabat: olim Russia Nomine  
Hoc, Sceptra, longo, purpurata,  
Tempore, gesserat. Unde nemo

B

Stillare

Stillare Regum sanguine OGINSKIOS  
Miretur id nam Principis Optimi  
SWIATOSLAI felice Sorte  
Acciderat, duodenus Ille

Magni Parentis Filius, atque Dux  
Præclarus olim Severiæ fuit,  
Huic ut suo Magno Parenti  
Innititur Domus ista. Sed quid?

Ante canoram Jupiter, o! Soror  
Solum Supremus iussit, adesse, nec  
Laudes PALATINI referre  
Calliope valet? Ut quid ergo

Torpesco? vel cur non cano gloriam  
Herois? ingens qui fuit inclyta  
Virtute, quem nec Mars cruentus  
Terruit, aut potuit serenum

Mutare vultum; sed terimus diem,  
Jam nunc inanes mittere convenit  
Laudes, locuturamque verba  
Pieriis focianda chordis

Audite Musam. Quis SAPIENS? mihi  
Hic Ipse solus, quem neque dimovet  
A jure libertas, nec ensis  
Purpurei violens Tyranni.

Regnare dico, qui posuit metus,  
Hic Sceptra sumpsit, nobile cum Dei  
Tem-

Templum, sit Orbis; digna templo,  
Pectus erit Sapiens Ara.

Nec Rhenus Illi gurgite Patriam  
Signat, nec Ister, Roma sit Ausonum,  
Et Littavæ Gentis Wilia,  
Disimulat Generosus Heros.

Nullius idem sollicitudinis,  
Quo natus olim, quo genitus Patre  
Vulgo requirenti fatetur  
Luce palam, sine fraude tantum

Se nosse recte vivere. Vivere,  
Non esse solo vescier æthere,  
Sed laude, virtutisque fructu  
Egregiam fatiare mentem.

Et quisque Cælo decidit Optimus;  
Est Ejus Avvus, tempora, crastinum  
Ignorat, hesternumque mane,  
Cum Superis hodieque vivat.

Non ira fluctus, non amor excitat,  
Frangitque remos impatiens dolor,  
Aut incitatæ vela mentis  
Destituit timor in timendis

Hic liber est, cum se sibi vindicet,  
Suisque semper nobilior bonis,  
Caduca, quæ late patentem  
Trans animi jacuere ripam,

Indigna curis grandibus æstimans;  
Quocunque casu perdita, quam parum  
Segmenta tonsæ sparsa barbæ,  
Restitui spoliatus optat

Jam quâlis inter prospera? nubilus,  
Rebus secundis, si nimix fluant,  
Stat rupis instar Saxeæ, si  
Fluctibus exagitur, inter

Adversa tanto lætior exilit,  
Fortuna mollis pugnet, an aspera,  
Haud curat, utriusque Victor,  
Stirpe sua satis id reportans

Laus hæc avito debita sangvini,  
Hæc nota virtus præmia vindicat;  
Nullusque delatos honores  
Invideat, meritamque laudem.

Ast quo sonoro Tu Soror ire vis  
Plaudens metro? vel cur mihi denegas  
Laudes PALATINO dicare?  
Melpomene ajit, ego filebam,

Illi canamus jam tenui Lyra  
Ambæ, tubarum vox fonet ærea  
En est & ipsa laude forma  
Corporis, imperioque digna.

Frontem venustis Gratia flammulis  
Et flore Divum per bene miscuit;

Ut

Ut nemo vultum pertimescat,  
Atque aditus pateat petenti.

At pectus amplum & contremere igneum,  
Atque incubantem magnam animam Pater  
Possedit, implevitque venas.

In roseo VLADIMIRUS ore

Sedet, videri lætus, & auro  
Fulgore præsens. Ille quidem diem  
Exemptus humanum reliquit,  
Alterius Speculator Orbis:

Hic vero vultu, moribus, indole,  
Sic vindicatam reddit imaginem,  
Nil distet ut vivus sepulto,  
O! Patriæ pietatis hæres.

Post hæc Camenæ dulcisonantibus  
Plectris honorem non revocabili  
Plausu, per auras inquietas  
Spargere cum Cythara sonora

Cæpere; Musæ sed reliquæ simul  
Ad vota præsto Jupiter ut bonus  
Sit, tumque concedat, canora ut  
Concelebrent modulatione

THADDÆUM, & una quod sibi proprium  
Concessit olim, qui juga Apollinis  
Nutu regit, mox turba Pindi  
Cum Thalia canat ut reposcit.

C

Ex

Ex templo Erato cum Thalia plectris  
THADDÆUS ut sit lætus & integer  
Dant nosse, vivat, nec remordent  
Nulla Virum mala vota mittunt.

Euterpe cornu ludit ut omnibus  
Sit notus Orbis partibus, exerit  
Vires, PALATINUS, venustæ  
Terpsichores Cythara juvante.

Ac Astra versans Uranie, locat  
Nomen Sacratum, Sol tibi motibus  
Perdurat æternis, serenus,  
Tum Polyhimnia vivat optat.

Demum unanimi voce Heliconiæ  
Laudes Sorores sic cecinere: Vi  
vat multa solis lustra nec non  
Emeritam diadema frontem

THADDÆI coronet, mox siluere, ego  
Vates remansi, quid mihi Apollo jam  
Mandabit opto? mox resumam  
Imperat, ut nova metra Vates.

---

## ODE II.

SURge de Sacro veneranda clivo  
Turba Musarum, Cythara sonante:  
En datur Vobis bene notus Heros  
Nunc celebrandus.

Quæ finus telluris habet tenetque,  
Vel maris fluctus pretiosa volvens  
Ad Viri plausus cumulum feratur  
Sertaque Lauri;

Namque laudandus venit Ille, quem vix  
Ipse Sacrarum Genitor Sororum  
Laude condigna celebrare posset  
Ergo canendum.

Vos sed imprimis Tadulina Sacra  
Usque tendatis modulos ad astra;  
Nam Vir hic Summo pius alta Vobis  
Mænia condit.

Non fatis ducit sibi stirpe clara  
Hic Vir enasci, neque quod Trophæo  
Sit celebris, sed cupit ut vetusta  
Sint sua vere.

Nominis Magni decus illud esse  
Novit Heros, si propria nitere  
Laude lat possit, celebrisque fiat  
Stemmata recti.

Dona, opes, fundi, pecus, Aula, fasces,  
Nuptiæ, vulgi bona sunt, sed illa  
Inter ac illum spatiosus inter  
cedit Olympus.

Sola præ cunctis placet æstimanda  
In Viro virtus, cui semper honos

Redditur, tum Laurea ferta Apollo  
Servat honorus.

Decident olim virides capilli  
In nivem, cana subeunte bruma,  
Decidet vivax & amæna fiffis  
Purpura labris.

Cuncta labuntur, fugiuntque passim  
Sole per vastos fugiente campos,  
Cumque Saturno reditura nunquam  
Tempora currunt.

Ipsa festinat mora, qualis unda  
Ante se motam pede trudit undam,  
Sicque propellit nova semper horam  
Hora Sororem.

Una stat virtus medioque durat,  
Quo loco gressum solidata fixit,  
Causa vivendi perit, hac remota,  
Vitaque mors est.

Hæc Viri mentem fatis occuparunt,  
Non studet vanæ populi proinde  
Gloriæ, sed maxima menti inhærent  
Quæ Deus Ipse

Comprobat. Virtus pietate fulta  
Cæteris præstat mihi, confitetur  
Magnus Hic Vir, factaque fat remonstrant  
Undique sparsa.

Inde

Inde procerto fuit illa mens, ut  
Numen immortale Domo fruatur,  
Sumptibus magnis bene decorata  
Ad Tadulinum.

Non potest hinc pro merito novennes  
Non precari Castalias Sorores  
Quisque nostrum, plaufibus ut celebrent  
Te COMES omnes.

Imo condent Saxeæ frustra laudem,  
Ex queis constant Tadulina Tempia,  
Neque cessabunt dare mille vota  
Omne per ævum.

Atque Te nunc O! COMES inchoante  
In dies gressum, ad potiora honorum,  
Sacra quam condis pius Ara, gestit  
Vota referre.

Insuper Summo moderante Cælos  
Tumque tellurem quatiente nutu,  
Nullus est anceps Tibi longa vitæ  
Sæcla futura.

Non tamen Vir nos cecinisse credas  
Sat Tuas laudes, quia confitemur  
Impares nos huic oneri extitisse;  
Attamen illa

Mente sincera precibusque justis,  
Supplici voto COMITI precamur,  
D Vivat

Vivat ut multos sine nube soles  
Laude refulgens.

---

### ODE III.

Quid mihi, quid video rixis impletur acerbis  
Ætheris alta Domus? furibundo  
Inter se certant *Virtus Famaque* propago  
Ense, cui laus prima Virorum  
Concedi posset, *Virtus* ubi vivit Apollo  
Adstitit, & rogat ut bonus Illi  
Primas decernat, mihi (dicit) cuncta ministrant,  
Me colit Orbis, me præeunte  
Cunctorum votis satis est, Me Sceptra tuentur,  
Pauper erit locuples, cui *Virtus*  
Præ cunctis non est, nec pauper plura requiret,  
Si *Virtus* adsit veneranda.  
Non miles fortis, durum nec marmor habendum,  
Fortia cuncta ruunt, Inimicum  
Fit Cælum, tellus nil profert scissa peracri  
Ferro, ni *Virtus* per amæna  
Adsit; enim labor omnia vincere par est,  
Hæc cecinit *Virtus* queribunda.  
Auditis multis *Virtus*, quæ dixit, Apollo,  
Constituit dare præmia justa.  
Adstitit at velox Vires quæ acquirit eundo  
*Fama*, suasque dedit rationes:  
Noscis Apollo satis, quid nuncia *Fama* per orbem  
Mobilitate sua facit, & cur

Anti-

Antiqui mihi thura dabant, nomenque Sacratum  
Post terræ fines Pelagumque  
Læti laudabant, cur nunc non *Fama* manebit  
Laude pari decorata perennis?  
Omnia si perdas *Famam* servare memento,  
Pristina vox fuit ista Virorum.

Evandrum Evandrique Domos, & mænia complet  
*Fama* frequens, circumvolat Orbem.

Me instruxit pedibus celerem & pernicibus alis  
Titan, quot sunt corpore plumæ,  
Tot vigiles oculi, tot lingvæ sunt mihi, totque  
Ora sonant, totidem teneo aures

*Fama* cui nunquam clauduntur lumina somno.  
Ergo mihi *Virtus* queribunda

Cedat, enim *Virtus* non cunctis semper amica,  
*Fama*, tamen semper placet omni.

Post hæc irarum, post jurgia sæva Dearum,  
Prima cui laus attribuenda

Hæret Apollo bonus, mox mandat tendite Divæ  
TROCOS, hicque Virum Venerandum

Ambæ, qua visum fuerit circumdate parte  
Inde satis laus prima feretur.

Sistuntur Divæ, THADDÆUM poplite flexo  
Circumdant, sed mox Themis alma

Ut *Virtus*, mandat, dextram teneat veneranda,  
*Fama* adstet de parte sinistra.

Extemplo *Virtus*, vultum, pectusque subire  
THADDÆI gestit per amæna.

Non ego quando Virum dimittam, vel que re-  
mittar,  
De folio in folium gradientem

Promittit *Virtus*, Comitem se *Fama* reposcit,  
Ac spondet pariter pariterque  
Nomen post terræ fines pelagique procellas  
Herois Magni celebrare:  
Tu Soror, inquit, eris lauro Scepтрisque decora,  
Buccina sed mea dulce sonabit.  
Tu laudes capies, laudes ego nuncia spargam,  
Ut tibi, sicque mihi labor extat.  
Non tu sola potes multum nisi me comitante,  
Laudata excrescis bene notum est.  
Tu sumes plausus, plausus ego garrula pandam,  
Primaque committam auribus illos.  
Non Te si vivas viventem *Fama* relinquam  
(*Virtus* non moritur, neque *Fama*.)  
Ergo pari nifu plaudamus gesta canendo  
THADDÆI, nunquam Tibi, nunquam  
Et mihi mente cadat Vir, qui virtute celebris,  
Famaque quem pridem decoravit.  
Mittamus rixas, concordat Magnus OGINSKI,  
*Fama* mihi *Virtusque* probatur.  
Jam pridem firmo stant nexu, nosco, Sorores,  
Perstet honos quoque mille per annos.



ODA



Do J. W. WOJEWÓDZINEY,

ODA.



Gdzieżście Muzy wróćcie się powtórę,  
Porzućcie na czas swą Parnasu górę  
Dziś wam potrzeba cney Woiewodziny  
Opiewać czyny.

Wszakże wam dawno znaioma ta Pani,  
Fey więc śpiewanie miasto winney dani  
Oddaycie spotem, tak Apollo radzi,  
Który nie zdradzi.

Nie trzeba długo myśl nateżać silnie  
Co śpiewać, dosyć na ZAŁUSKICH pilnie  
By same Imie wspomnieć, zaraz nowa  
Będzie osnowa.

E

Stań-

Stańcież Przekazne Helikońskie Cory,  
A każda swoy głos niech wznosi do gory,  
By się wzruszyło powietrze śpiewaniem,  
My przy Was staniem.

Ty najprzod Klio dawne śpieway czasy,  
Ktore czytamy z pod Drukarskiej Prasy,  
Jak Dom ZAŁUSKICH słynął i dziś słynie,  
w Woiewodzinie.

Dawność jeżeli jest komu w uwadze,  
Temu (ia Klio) Księgi czytać radzę,  
Dawność w dawności obaczy w tym Domie,  
By w iednym Tomie.

Cnot Bohatyrskich wielorakie Dzieła  
Dawno Potomność za przykład już wzięła  
z Domu ZAŁUSKICH, to głoszą przymierza,  
Kto niedowierza?

Rada w Senacie, w krwawym boiu meństwo  
Jedno to było co odnieść zwycięstwo  
w Domie ZAŁUSKICH, to głoszą pisania  
Naśladowania

Godne Potomkom, lecz procz Woyny czasow,  
Wiele przestata czynow do Parnassow,  
Mądrość, Wysokość Imienia i Chwata  
Gdy Wieńce dała.

Mądrość Domowi tak temu jest własna,  
Jak rzecz jest pewna, iak że Gwiazda iasna,  
Kto

*Kto czytał Księgi przyzna bez wątpienia  
Te wyrażenia.*

*Zgadnąć iest trudno czy mądrość, czy sława  
Pierwszą przy boku Apollina sława;  
Bo rowny podział te Boginie miały  
z ZAŁUSKICH chwały.*

*Wieniec Laurowy Poetow iednemu  
W tym Domie służy tu nieprzytomnemu,  
Ktorego Muzy w swoje wzięty grono,  
Nie żyje pono!*

*Leez nieco Klio przytłum głos szeroki,  
I nam też trzeba Siostrom pod Obłoki  
Wzniesć się śpiewając, by wdzięcznie zabrzmiała  
I od nas chwiała.*

*To rzekszysy, każda Muza na wyscigi  
Śpiewając głosi czynności ŻADWIGI,  
A przy nich stojąc Cnota z Sławą toczy  
Ten spor ochoczy:*

*Ja (mowi Cnota) nieustąpię kroku,  
Ktora przy Pańskim stoię zawsze boku,  
Na mnie ta Pani ma pamięć i oko  
Czcząc mię wysoko.*

*Ja władnę ciałem, ia władnę i Duszą,  
Mnie Fata żadne z miejsca nieporuszają,  
Mnie winny pokłon oddaiesz Ty Siostro,  
Nie patrzże ostro.*

E2

Sława

Sława na takie Cnoty słowa głowę  
Podnioszsy dumną, mnie toż przez połowę  
Należy (mowi) nieustapię Cnoto;  
Bo mnie z ochotą

Wszyscy Szukają, ja mam tysiąc oczy,  
Tyleż mam uszu, ode mnie nie zboczy  
Rzecz żadna, dojdę gdzie się Słońce myie,  
Spiewając czyie

Wyfokie dzieła. Punkt moy ieden życie  
Wielom odebrał, a ja stąd obficie  
Korzystam. Cnoto ty mow teraz, słucham,  
Choć ci nie dufam.

Daremnie Siostro tracisz próżne słowa,  
(Tak mowi Cnota) Ty zamysze gotowa  
Być musisz, kiedy Ja Ci roskazuję  
Znasz że panuję.

Na taką mowę Sława rozgniewana  
Porwie się prędko wzgorę do Tytana  
Chcąc iść na skargę, stoy, (Cnota zawoła)  
Idź do Muz Koła.

Tam Mię dość znają, Apollo w koronie  
Wiem, że Mię czeka siedzący na Tronie,  
Ty za mną w ślady idź Sławo bez zwłoki  
Prostuiąc kroki,

Ja mam za tobą iść Cnoto? mnie prawo  
Daiesz zuchwale? tu obaczysz żwawą  
Siostrę,

Siostrę, gdy piory lotnemi powietrze  
Wnet Sława zetrze;

Zatym wychodzi Cnota z Sławą w parze  
Niby dwa światła Niebios Luminarze,  
Cnota nad Słońce iśniejąc w promienie  
Rospędza cienie.

Tuż Sława z Trąbą blisko Cnoty idzie  
Stooczna, i stouszna nie chcąc być w obydzie  
U Cnoty, alić oto Apollina  
Dom się zaczyna.

Stają przed Tronem Apollina obie,  
Cnocie Apollo tuż siedzieć przy sobie  
Roskazał; Sława zaś po lewym boku  
Stanęła w kroku.

Rzecz Apollo, skąd ten smutek w twarzy  
Sławo Przezacna? znam że Twa myśl warzy  
Gniew iakiś w sercu, wyznaj bez obludy  
Te Twoje znudy.

Jakże się nie mam smucić Apollinie  
Kiedy już zacność moja z gruntu ginie,  
(To rzekła Sława) bo Cnota na Sławę  
Zmiata kurzawę.

Co zaś? wierzyćże Ja mam temu szczerze  
Wiedząc, że wieczne jest z Wami przymierze  
Jeżeli tak jest, słuchajcie wyroku  
Tu przy mym boku,  
F Sława

Sława niech głośno Cnotę głosi wszędzie,  
Tak jedney z drugą ni na czym niezbędzie,  
Ten moy jest wyrok, słuchaycież go pilnie  
Pełniąc usilnie.

Tuż zaraz Cnota Sławie rękę dała,  
Radość z obu stron wszczęła się nie mała;  
Ale dokądże poydziesz Cnoto? Sława  
Niech wiem ciekawa.

Ja tam pośpieszę, iak cię w parze z Tobą,  
I toż nie wzgardzę, co i Ty Osoba;  
Ja wraz powroczę, gdzie są Corki moie  
w Pańskie Pokoie.

To rzekła Cnota, lecz pyta się Sława,  
Powiedz mi Siostro, gdzież Twoia zabawa?  
w Sercu JADWIGI, Cnota odpowiada  
Ja mieszkam rada.

Tu moie Corki ulubione żyją,  
Pobożność, Hojność, Wience z Laurow wiąż,  
Tu Skromność, Mądrość, mają swe mieszkanie  
Pamiętam na nie.

Ja bez tey Pani żyć zgoła nie mogę,  
Chcąc się oddalić, zaraz czuję trwogę,  
Tak, że nie żyję bez Woiewodziny  
Ani godziny.

Bom się z nią razem na świat urodziła,  
Ja Jey nad wszystko, Ona dla mnie miła,  
Tey

Tey Pańi życie iedneź, co i moie;  
Też sukien stroie;

Kto Mię zna dobrze, zna Woiewodzinę  
z ZAŁUSKICH Domu Wielką Heroinę;  
Bo iedność w twarzy i iedność w wymowie;  
Jedni Prządrowie.

Słyszac to Sława szybkim pedem w gorę  
Wzniosta się, mowiac: W iec i ia tę Corę  
z Domu ZAŁUSKICH biorę za cel chwaty  
Jedem i staty;

Te Imie noszac zwiedzę wszystkie Kraie  
Za Dniepry, Odry, poyde za Dunaie;  
Bo z cnot JADWIGĘ, i cnoty w JADWIDZĘ  
Przezacne widzę.

To mowiac Sława zamilkła, a z Cnotą  
Do Muz z pospiechem poszła proszac otó!  
Aby spiewanie z gor od Helikonu  
Szto do Tryonu.

Proźby zaś Sławy i Cnoty w te słowa  
Do Muz dziewięciu były, i ta Mowa:

Muzy i ty Apollinie  
Niech dzwiek Lutni Waszey slynie;  
Arfy, Cytry, Glosy  
Wzgore pod Niebiosy  
Niech brzmią mile;  
W te tu chwile;  
Ty na Lutni  
Skoczno utni  
Muz Hetmanie  
Twe staranie  
Niechay bedzie w tey porze.

Powstań Pallas, uwieńczona

Kład sławę wszem wiadoma,

Laury, Wienie, Róże,

I co tylko może

Państwo sławny

Czas dawny

Znać w Jobie

Ku sobie

Niechay nieśie skwapliwie

Tu należą Perły, Kwiaty

W które Liban jest bogaty

By ZAŁUSKICH Imię

W wiek, by coraz słynie

Jasności

Jako Joice

Honoru

A Lany

Było zawsze widziane.

Co świat widział w Konstantynie

Tym FADWIGA w Tadulinie

Sławna, bo Kamienie

Stre, a szwajnie

Zbiera, bynie,

Zkad spakujnie

Sypie złoto

W murów błoto

By w zamiane

Było dnie

Emilijyjskie mieszkanie;

Więc FADWIGA niechay wszędzie

Chwałą słynie, aż też będzie

Zaszczyt Oney Domu

Nietayny nikomu

Ze tu Dzieła

Cnota wzięła

W swą dzierzawę

Nad zabawę

Wieczną, z Sławą pospołu.



XVIII.3.88